

DISSERTATIO HISTORICO-  
PHILOLOGICA,  
De

EPISTOLA E-  
LIAE Ad  
JORAMUM,

*Ex 2. Paral. XXI: 12. &c.*

Quam

*Suffragante Celeb. Senat. Philos. in Reg.  
Acad. Aboënsi,*  
Sub PRÆSIDIO

*Viri Maxime Rever. atque Amplissimi*  
Dn. ISAACI BJÖRNKJUND/  
Sac. L.L. Prof. Ordin.

PRO GRADU MAGISTERII,  
Ad diem VII. Junii, anni  
MDCCLXXXII.

*Horis & loco consuetis, publice ventilan-  
dam proponit*

JACOBUS GARWOLIUS  
*Biörneburgensis.*

---

ABOË, Exc. R. Ac. Typ. Joh. Kiämpe.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*REVERENDISSIMO PATRI ac DOMINO*

Dn. LAURENTIO

TAMMELIN,

S.S. Theol. DOCTORI consumma-  
tissimo, inclitæ Diœceseos Aboënsis  
EPISCOPO eminentissimo, Regiæ i-  
bidem Academiae PRO-CANCEL-  
LARIO magnificentissimo, ut & ve-  
nerandi Consistorii Ecclesiastici

PRÆSIDI

longe gravissimo.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*Illustri ac Generoso DOMINO,*

Dn. GUSTAVO

GRUBBENHJELM,

Ad Legionem pedestrem Biörnebur-  
gicam, CHILIARCHÆ  
præcellentissimo.

MÆCENATIBUS & PA-

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO;

*REVERENDISSIMO PATRI ac DOMINO*

Dn. JOHANNI

GEZELIO,

S.S. Theol. DOCTORI præcellentis-

simo, Diœceseos Borgoënsis EPI-

SCOPO maxime inclito, venerandi

Consistorii ibidem PRÆSIDI celeberrimo,

Gymnasii Scholarumque per

Diœcesin EPHORO

adcuratissimo.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*Illustri ac Generoso DOMINO,*

Dn. GUSTAVO

GÜNTERFELT,

Ad Legionem Dimacharum prima-

riam, CHILIARCHÆ LOCUM TE-

NENTI longe strenuissimo.

TRONIS MEIS MAXIMIS.

*C*ur mea jam furvos dispergis canna liquores?  
Cur tibi compingit temeraria carmina cuspis?  
Exprimit hac rauca tibi quis modulamina fer-  
vor?

*Percita quo ferris stimulis pungentibus astri?  
Palladis augusta faciem modo nonne timescis?  
Terrifico Martis nescis pallescere vultu?  
Ast, ais, & musca volitant super aethera pas-  
sim,*

*Summaque conscendunt tenui pede culmina ver-  
mes.*

*Sic est: hinc tantum nostrae molirier ausae  
Sunt musae, tremulo scandant ut poplite sedes  
Magnificas cupidae sibi conciliare favorem  
A vobis, quorum sustentant nomina chartae,  
Hinc Maenates, ausis ignoscite nostris,  
Quod subeant vestrum levidensia munera li-  
men.*

*Quod superest, voveo, seruet vos Numen in  
annos*

*Multos, queis nostram sortem commendo se-  
cundam.*

**Maximorum Nominum Vestrorum.**

*Devotissimus cultor  
Jacobus Garwolius.*

*Summe Rever. & Celeberrimo VIRO,*

**Dn. DANIELI JUSLENIO,**

S. S. Theologiæ DOCTORI & PROFES-  
SORI Ord. Ecclesiæ, quæ Aboæ est, Fen-  
nicæ ANTISTITI Gravissimo, Consisto-  
rii utriusque ADSESSORI amplissimo,  
Mæcenati submissa animi reverentia  
prosequendo.

*Summe Rever. atque Amplissimo VIRO,*

**Dn. Mag. ANDREÆ BERGIO,**

S. S. Theol. PROFESSORI Ordin. AN-  
TISTITI Eccles. Nådendahl, Reso & Me-  
rimastö meritissimo, utriusque Consisto-  
rii ADSESSORI gravissimo, Mæcenati  
jugi venerationis cultu suspiciendo.

*Maxime Rever. & Amplissimo VIRO,*

**Dn. JOHANNI CRÖEL,**

Ad templum Riddareholm, quod Hel-  
miæ est, PASTORI longe dignissimo,  
Senatus ibidem Ecclesiastici ADSESSO-  
RI æquissimo, Patrono optimo,  
faventissimo.

*Admod. Rever. atque Praclarissimo VIRO,*  
**Dn. Mag. SIMONI KIEMPE,**  
PASTORI Ecclesiarum, quæ in Widdby  
& Sangeråsa Nericiorum Deo colliguntur vigilantissimo, adjacentis Districtus PRÆPOSITO amplissimo, Evergetæ multis nominibus celebratissimo.

Ἰνα τῆς εὐλαβείας με τῆς περὶ ὑμᾶς, ὦ Προστάται λώϊοι, ἰουκμήριόν τι ἅπασι φανερόν ἦ, καὶ γὰρ δημοσίᾳ ὑπηρεσίᾳ με ταπεινοτάτην, ἀκισβήτως ὑμῖν δηλώσω, συζήτησιν τήνδε καίπερ λεπτήν, εὐσεβῶς μέντοι καὶ ὑφειμίστως ἵς ευκλεεστόις ὑμῶν ὀνόμασι καθιερεῖν ἐτόλμησα. θαρρῶ γὰρ, ὅπως εὐνοία θειάυη, ποίας ἐγὼ πέτυχα, καὶ δωρητάριον τῆτο ἀναλάβητε. ἐπὶ δὲ ἐμαυτὸν καὶ τύχην με, τῆ χάριτι ὑμῶν βεβαία εἰς τὸ μέλλον παρατίθηναι καὶ συνισάνω. καὶ ὑμῖν, ὦ κηδεμόνες ἀνείκαστοι, παντοίην σωτηρίαν καὶ μακροβίωσιν εὐδιαλείπτως εὐζομαι.

Magnopere Nominum Vestrorum

*humillimus cultor*

J. Garwolius.

Stads och Hospitals Fältskidren i Stock-  
holm, Wälförfarne och widtberömdc  
**Herr ISRAEL ECKMAN,**  
Mycket gunstige Gynnare.

Fältskidren wid Björneborgs Låns Infan-  
terie Regemente,  
Wälföreborne och Wälförfarne  
**Herr JOHAN GABRIEL KÜHL,**  
Min Högårade Gynnare.

Handelsmannen i Björneborg, Åreborne  
och Högwälsachtad  
**Herr CARL INDEBETOU,**  
Min Högårade Gynnare.

Handelsmannen sammanstådes, Åreborne  
och Högwälsachtad  
**Herr GUSTAV NOVANDER,**  
Min Högårade Gynnare.

**A** jag mitt **WÄRKA**, som jag i liu-  
fet gifwer,  
Swar i om en **NYDHEZSKA**  
**SKAFFE** är vordt,  
Nu wälment **EN** och **EDRA** **NAMN**  
tillskrifwer,  
Der

Dertil har ej mig något annat fördt,  
En **ANNA** **EN**, som willigt öpen wa-  
rit

För mig alltjämt, sen jag **EN** kända lärdt,  
Så at jag nog samt mången gång erfarit  
**EN** hiertelas, som varit mycket värdt.  
Så tager nu hwad jag til **EDER** sänder,  
Bendigit up, fast gåsman liten är,  
Den bärs doch fram utaf tacksamme hån-  
der,

Och går från den som värdsamt sinne  
bär,  
Från den som för **EN** wälgång trogit be-  
der,

Och önskar, at then milda Gudens hand,  
Så länge I här lefwen, **EDER** leder,  
Och förer sistt til sälla himlens land!

Min gunstige och högtårade  
Herrars och Gynnares

hörsamste tienare  
Jacob Garvolius





לגה.

§. 1.

**Q**Vam admiranda sit judiciorum divinorum ratio, quam stupenda tolerantia, quæ scelera mortalium longissime fert, & peccatores mille modis ad frugem allicere nititur; sed iterum iterumque elusa, & contumaciter læsa, tarditatem tandem pœnæ gravitate compensat: omnium ætatum experientia abunde probat. Evidentissimum hujus rei specimen, ut innumera alia taceam, ob oculos nobis ponitur in rege

A

Judæ-

Judæorum impiissimo Joram, quem Deus, antequam ad duriora in illum judicia procederet, per epistolam Eliæ prophetæ, quæ ipsi insanabilis morbus & cetera mala prædicebantur, mone-re voluit, ut a malo desisteret, ne celerem sibi ruinam & regno Judæ cladem arcesseret. Huic ve-ro admonitioni cum morem ge-rere recularet rex a religione & pietate remotissimus, sed in ausu nefario, more prius suscepto cu-pidissime pergeret, veritatem e-pistolæ illius nimium quantum expertus est. Nam Edomæi, Jo-saphato patri illius antea vecti-gales, ab eo defecerunt; nec non Philistæi & Arabes Nabathæi, qui patrem ejus maximis orna-verant muneribus, bello Judææ illato, in eam irruperunt, ean-demq; miserrime depopulati sunt, regia juxta familia in prædam abducta. Insuper ipse Joramus, se-cundum

3

eundem vaticinium Elianum, gravissimo morbo viscerum & intestinorum percutiebatur, quæ, transacto biennio, arrosa tandem proruperunt, mortemque fœdissimis affecto doloribus regi accelerarunt. Quæ horrenda pœna graphice depingitur 2 Chron. X. XI. capite. In indole & natura hujus morbi exprimenda, non concinunt interpretes. *Bartholinus*, de morbis biblicalis. cap. XII. ex impuro impioque corpore adustos ac biliosos humores ad intestina concitados putat, unde alui fluxus diuturnus cum colica, ex cujus diuturnitate crebro & forti nisu intestina prociderint. Alii autumant, morbo aliquo chronico, hæctica nimirum, cum ulcere interno in visceribus conjuncta, impium regem correptum fuisse, cujus tandem, ut accidere nonnunquam

4  
dicunt in morbis chronicis, hic  
exitus fuerit, ut viscera corru-  
pta & putredine colliquata, eje-  
cta fuerint. Nec sententia *Vogle-  
ri* hac de re (a), adeo videtur  
improbabilis, conjectantis Iora-  
mum *dysenteria* conflictatum,  
quæ talis intestini exulceratio sit,  
ut, quum incrementum ceperit,  
ipsa ramenta tunicarum intestini  
conspicua fiant: quibus tormini-  
bus curandis nulla plane remedia  
sufficiant; tanto tamen temporis  
intervallo non soleant durare, nisi  
singulari Dei ad pœnam concur-  
su. Alii aliter de morbi hujus na-  
tura statuunt (b). Dixi supra, lit-  
teris Eliæ prophetæ comonicum  
fuisse Ioramum: cum vero Eli-  
as ante ejus imperium, jam tem-  
pore Josaphati patris, in cœlum  
videatur receptus, maximum in-  
de nascitur dubium, qua ratio-  
ne ab Elia ad Ioramum scribi po-  
tue-

5  
enerit epistola. De eadem vero  
caussa, quantum ingenii vires &  
cancelli temporis arctiores per-  
mittant, in præsentī brevissime  
disquirere mihi animus est. Quod  
dum molior, Te, Candide Le-  
ctor, officiosè compello, velis  
conatus meos innocuos, quam-  
vis implicitos nodos feliciter for-  
san solvere non valuerim, beni-  
gno aspectu intueri, & stilo meo  
obtusiori faciliorem tuam addere  
limam.

(a) *Comment. de rebus medicis in  
Scriptura, p. 183.* (b) *vid. Rambach.  
annot. in b. l.*

## §. II.

**L**ocum istum, de quo paucis-  
simis pro ratione instituti in  
hac nostra dissertatione agere a-  
nimus induximus, diversis mo-  
dis explicatum, immo a quibus-  
dam miserrime detortum & ve-  
xatura

xatum esse, constat: ita ut varia sententiarum divortia, ipsam veritatem videantur ire suffocatum. Ut difficilem hunc nodum explicaret *Cajetanus*, adseruit hunc *Eliam*, a quo litteræ ad *Joramum* profectæ sunt, alium fuisse & diversum ab *Elia* *Thisbite*, propheta illo in *Scriptura* celebri, qui jam in cœlum raptus fuerat sub rege *Josaphato*. Cui sententiæ etiam ex parte *Calvisius*, maxime autem *Piscator*, apud *Schotan.* (a) favet, eandemque acerrime tuetur & defendit. Hoc, inquit, non potest intelligi de *Elia* *Thisbite*: quum ex 2. *Reg. II.* constet illum in cœlum raptum fuisse temporibus *Josaphati*. Nec vero putandum *Eliam* *Thisbiten* epistolam hanc scripsisse ante sui in cœlum assumptionem, eamque apud aliquem deposuisse, ut suo tempore redderetur. Nam hoc commentitium est & textui adversatur, ex quo manifestum est, epistolam hanc tum demum scri-

scriptam esse, quum *Joramus* peccata illa, propter quae hic objurgatur, perpetrasset. Quare necessario intelligere oportet de alio aliquo propheta, cui nomen *Eliæ* fuerit. Sic fuerunt duo prophetae, quorum utriusque nomen fuit *Micha*: prior filius *Jmlæ*, qui vixit sub rege *Achabo*, 1. Reg. XXII. 8. posterior *Morasthites*, qui vixit tempore *Jothami*, *Mich. I. v. 1.*

Sed quis non percipit, hunc illorum opinatum meram & inanem esse conjecturam, nec fundamentum ullum vel solidioris argumenti vim præ se ferre? In verbo enim divino nulla usquam fit mentio alius cujusdam vatis, cui nomen *Eliæ* fuerit, præter *Ἐλισαῖος* illum, qui non tantum in regno *Israëlitico* miraculis clarissimus, verum & in regno *Judaico* non ignoratus erat. Hoc allatum argumentum vel unicuique opinioni *Piscatoris* enervandæ fa-

ris esse, nemo non facile advertit. Nec vero moramur, quod *Piscator* in stabilimentum argumenti sui excitat binos illos vates, quorum utrique nomen Michas, & ex eo concludit, duos etiam fuisse prophetas. Elizæ nomine insignitos. Illi enim quamquam communi conveniunt nomine, peculiaribus tamen characteribus & notis diacriticis luculenter distinguuntur: cujus rei hic ne vestigia quidem occurrunt. Præterea nomini מִיכָאֵל in textu nostro ׀ emphaticum non frustra est præfixum, ut non ignobilis quispiam alius, sed illustris ille vates celebrato characterē indicetur.

(a) vid. ejus *Biblioth. Hist. Sacra*  
*V. T. Tom. 2. p. m. 93.*

§. III.

**N**omen Elizæ pro Elisa irrepsisse,



se, placet cum quibusdam aliis Clerico, quemadmodum nec *Se-  
 zhus Calvinus* prorsus ab hac opi-  
 nione abhorrere videtur. Hic e-  
 nim, (a), sententiam suam hucce  
 aperit verbis: *Objurgatur Foranus  
 ob sua facinora ab Eliseo forsan.  
 Ab Elia dicitur in textu; verum is  
 ante annos septem in cœlum sublatus  
 fuerat, vel fortassis fuit alius Elias,  
 non ille Thisbites.* Ita ut *Elia*, per  
 scribarum oscitantiam & erro-  
 rem pro *Elisa* positus sit. Hoc ve-  
 ro est non solvere nodum, sed  
 fecare. Absit enim per omnem  
 modum, ut textum authenticum  
 depravationē subiisse censeamus.  
*Nam si admittatur in plurimis locis  
 corruptum esse originale textum Ve-  
 teris Testamenti, ut ut dicatur, ea  
 non pertinere ad fidem morumque do-  
 ctrinam, dubium tamen semper erit,  
 anne etiam ea loca corrupta per in-  
 curiam aliamque fortuitam causam,*  
 que

que fidei & vite precepta concedunt. Unde enim reddi quis poterit certior, quod ea omnia immunia permanserint a corruptione, alia autem corruptionis aleam subierint? Sane si semel admittatur, errores in Scriptura Sacra commissos esse, facile in suspicionem vocari poterunt Scripturae in ceteris, difficillime a corruptionis suspicione vindicari vel in unico loco. Ut optime observat Celeberr. D. Aug. Pfeifferus (b). Immo si textus Hebraeus vitiatus esset, non certe Christus & Apostoli, ad eundem citra omnem cautionem nos remisissent. Ut nihil nunc dicam de indefessa diligentia & tere superstitiosa Masoretharum, & generatim quorumvis Judaeorum religione, in conservatione Scripturae Sacrae: nec non de vigilantia Dei providentia, pro facto tecto servando verbo suo. Quae omnia luculenter probant,

tex-

textum Veteris Testamenti authenticum nullo modo corrumpi & depravari potuisse. Præterea pronò quasi alveo fuit, *Clerici*, aliorumque hac in re secus sentientium audacem conjecturam, infirmo admodum vel plane nullo superstructam esse fundamēto, quandoquidem exemplaria omnia ne uno quidem excepto habent *אלהם*, nec e scriptis Masoretharum ullo modo elicitur lectionem aliquando existisse dissimilem: proinde quoque LXX Interpretes reddidisse leguntur *παρὰ ἡλίας*.

Alii rursus, ut *Vatablus*, opinantur Eliam hunc, a quo allatæ sunt litteræ illæ ad Joramum, fuisse *Elisam*, sed studio vocatum *Eliam*, quod spiritu magistrum referret, & quod ei spiritus Eliæ insedisset. Verum nullam video rationem, cur in hanc ire debeam sententiam, cum Symbolica ejusmodi

nominum permutatio in re mere historica plane sit inaudita, & simplicem narrationum veritatem turbare apta. Nec robur aliquod addit huic adseverationi, quod petierit Elisa & impetraverit duplicem Eliæ spiritum, qui erat duplex illa & illustrior portio gratiæ, qua quosvis sui ordinis antecellebat: nec quod sicut alter Elias munus obierit propheticum, ut propterea nomen hujus illi adhæreret: cum ab officio eodem iisdemque donis, ad nomen idem *δι'αγγελίου* infirmissime concludatur. Nihil enim huc facit typica illa ratio, quum in vaticinio Malach, IV: 5. apud Evangelistas, Matth. XI: 14. XVII: 11. Marc. IX: v. 11. Luc. I: 17. evoluta, Johannes Baptistes Eliæ nomine insignitur.

§. IV.

(a) In Opera suo Chronol. pag. m. 106. (b) in Crit. Sacra, p. 104.

## §. IV.

ELIAM isto tempore, quo fascos imperii Judaici sive solus jam teneret Joramus, sive saltim cum consors paterni esset regni, in terris adhuc egisse, & adsumptionem illius per ὕστερον πρότερον describi, multis admodum arridet. *Lutberus* enim sentit, Eliam Jorami imperantis ætatem attigisse, litterasque illas ante sui ipsius sublationem deproperasse. Cui non adversus est *Melanchton*, qui rotunde pronunciat, tempore Josaphati Eliam fuisse & NB. aliquando deinceps. Eandem hanc sententiam defendit, ut alios nunc silentio involvam, etiam *Lightfootus*, Tom. 1. f. 85. ubi rem totam ad nutum suum in ordinem ita redigit, ut commemoret, Josaphatum nato suo Joramus gubernacula tradidisse imperii, ut tantisper regnum do-  
mi

mi administraret, dum ipse Joram, regi Israëlitico, contra refractarios Moabitas, suppetias iret: Joramum autem, patre extra terminos regni agente, in proceres Judææ, nec non fratres suos, crudeliter esse grassatum, eosque, horrendum dictu! vita spoliasse. Tandem hæc subjicit: *Elias inter vivos etiamnum degens, hæc audit, & quanquam illi nihil adhuc rei fuerat cum ullo regum Jude, tamen quia videbat in hoc Jorami factò spiritum Jesabelæ, scripsit ipse epistolam præduram, quam curavit ad eum transferri, ipse haud ita multo post turbine translatus in cælum. Waltherus perinde retur, Eliæ in cælos sublationem 2 Reg. II. ante obitum Josaphati, cujus meminit scriptura in cap. VIII. per ὑστερολογία, qua ex mente illius nihil illic sit usitatus, referri. In has tamen, quamvis do-*

*Etis-*

Stiffimorum virorum, sententias, justas ob causas minime concedere possum. Longe etenim probabilius est, jam circiter anno regiminis Josaphati XIX & circa initia Jorami Israëliti, Eliam in cœlum adiumentum fuisse, nisi series historica mire turbetur. Neque ὑπερλογίαι ejusmodi præter necessitatem sunt fingendæ, quum filum narrationis & rerum gestarum alioquin simplex sit & planum.

Namque 2. Reg. II. Eliæ in cœlos sublatio, clarissime indicatur. Verum ex cap. sequentis III. v. II. cum interrogaret Josaphatus, an esset aliquis propheta, quem in statu suo periculoso consulere possent, & nullum præter prophetam Elisam inveniret; sine omni dubitatione concludere pronum est, Eliam tunc temporis jam terris fuisse ereptum: quip-

quippe si superstes adhuc fuisset, ad illum certissime, qui in regno Israël præsertim variorum miraculorum causa tantæ fuit celebritatis, præ Elisa & omnibus aliis, de consilio retulissent. Sed posset aliquis regere, Eliam tunc alibi locorum egisse: verum hujus conjecturæ veritas ut certis rationibus probetur, exigo. Manemus tantisper tutius loco allegato in expressa verbi præteriti  $\pi\alpha$  significatione, unde colligere licet, Elisam non isto amplius tempore ministrum Eliæ egisse, cui tamen hoc officium ad exitum ejus præstitit. Præterea neque superflite Elia, miraculis Elisa inclaruit, tanta nondum mensura donorum accepta. Unde simul, Eliam nec illam ætatem, qua Joramus fervente bello Moabitico fuit consors paterni regni,

at-



attigisse, patebit. Quin etiam vix  
 vel speciem veri habet, Joramum,  
 licet a gravitate paterna nimium  
 quantum degeneraret, ac in o-  
 mne facinus esset promptissimus,  
 parente piissimo superstite, tan-  
 ta tamque enormia scelera ag-  
 gredi sustinuisse, aut patrem hæc  
 quiete tulisse & concoxisse. Im-  
 mo hoc imperante fausta omnia  
 & florentia fuere. Proinde seri-  
 es rerum 2 Chron. XXI. tenen-  
 da est, ubi primum obitus Josa-  
 phati narratur: hinc successio  
 Jorami, & fors fratrum ejus ex  
 paterno testamento: tum confir-  
 matio Jorami: אֲרָמֹן enim id  
 potestatis incrementum videtur  
 innuere, quum largitionib<sup>9</sup>, blan-  
 ditiiis, aliisque modis auctorita-  
 tem sibi potentiorumque animos  
 conciliavit, ut eos flagitiorum  
 ministros ad nutum haberet para-  
 tos. deinceps parricidiale in

fratres procerumque nonnullos  
 scelus, & publicum impiæ su-  
 perstitutionis exercitium. Inde  
 demum pœnæ excipiunt, com-  
 minatio divina, clades & per-  
 niciës. Planissimum hunc ordi-  
 nem, ab auctore sacro constitu-  
 tum, temere invertere fas non  
 est. Si qui nodi chronologici a-  
 lioquin in regum horum impe-  
 riis occurrunt, ita solvi possunt,  
 si cogitemus, interdum annos  
 currentes usurpari pro comple-  
 tis, aut contra: aliquando plures  
 una, ut filium cum parente, a-  
 liquamdiu imperasse: nonnun-  
 quam annos non ab imperii aut  
 vitæ cujusque initio, sed alia epo-  
 cha numerari: alibi interregni ve-  
 stigia inveniri. Particulam ergo  
 tabulæ chronologicæ, synchroni-  
 smos regum Judæ & Israëlîs mon-  
 strantem, quam subministrat Ce-  
 leb. D. *Ægidius Strauchius* (a), hic  
 sistimus.

| Ann.<br>P. J. | Ordo Regum     | Anni<br>Regum      | Bibl.        |
|---------------|----------------|--------------------|--------------|
|               | Jud.           | Israel.            | [Jud. ] Ifr. |
| 3753.         | 1. Aſſæ.       | Jerob.             | 41.          |
|               |                | 20.                |              |
| 3754          | 2.             | 1. Na<br>dab.      | 2.           |
| 3755          | 3.             | 1. Bae<br>ſæ.      | 24.          |
| 3778          | 26.            | 1. Ellæ            | 2.           |
| 3779          | 27.            | 1. Sim-<br>ri & c. |              |
| 3783          | 31.            | 1 Amri             | 12.          |
| 3790          | 38.            | 1 Ahab             | 21.          |
| 3793          | 1 Joſa.        | 4.                 | 25.          |
| 3809          | 17.            | 1. Aha-<br>fiæ     | 2.           |
| 3810          | 18.            | 1. Jor.            | 12           |
| 3814          | 1. Jor.        | 5.                 | 8.           |
| 3821          | 1. Aha-<br>fiæ | 12.                | 1.           |
| 3822          | 1 Athal.       | 1. Jehu            | 6.   28.     |

(A) In Brev. ſuo Chronol. p. m: 481:

## §. V.

Sunt &, qui urgeant in verbo *αὐτῶν* admittendam esse *ἀποκάλυψιν*, ut id plusquamperfectum *ἔβηνεν*, indicet: quo facto rem putant expeditam (1). scilicet quamvis seriem historiae sacrae servent, & Eliam in caelum imperante Josaphato esse sublatum concedant: hic tamen mentionem fieri epistolae, non ad Joramum jam regem & flagitiis infamem allatae, sed quae dudum ante ad eundem adhuc privatum venerit, contendunt: ita ut Elias ante *ἔβηνεν* suam spiritu prophético scelera Jorami hujus praeviderit, eundemque de iis & subsequuturis poenis, missa hac epistola, tempestive monuerit. Hoc autem loco epistolam demum inferi, ad ostendendum vaticinii eventum. Verum quamquam praevisionem illam scele-

rum

rum sponte admittimus: ipse tamen contextus non minus ac contentum epistolæ, limpidissime demonstrat, hic ἀπειρανσι seu temporum immutationem nullum habere locum. Si enim antequam Joramus esset ad imperium evectus, istaque patraffet facinorosa, hæ litteræ ipsi allatæ essent; certe propheta eum recentium scelerum arguere non potuisset, nec objicere ei declinationē a viis parentis in perversissimos regum Israël tramites; nec pœnas ei pro non actis tanquam pro commissis minari. Justa alioquin Joramus patere potuit causa de infimulatione & objurgatione illæ exostulandi, vaticiniumque ita conceptum calumniis prolcindendi, manifestam sibi fieri injuriam. Omnia enim hic de præteritis & jam commissis loquuntur.

§ VI.

(a) *ibid.* Pfeifferi Dub. Vex. ad b. l.

## §. VI.

**I**neptiunt, ne quid gravius dicam, fumosque vendunt *Ju- dai* plerique, & multi *Pontificii*, contendentes Eliam ex Paradiso per angelum vel ignotum quendam hominem epistolam hanc ad *Joramum* dedisse. Sic enim refertur in *Seder olam Rabb. cap. XVII.* *Allatae sunt ipsi Joram, litterae ab Elia propheta, in quibus res ipsi eventurae continebantur, nimirum de caelo: nam jam septem anni erant, ex quo Elias reconditus disparuerit.* Et *Thomas Malvenda, (a)* haec profert verba: *Multo verosimilius est, quod multi Hebraeorum & nostrorum existimant, Eliam ex loco, ubi repositus a Deo erat, nempe in ipso horto Heden, eas litteras, seu epistolam ad Joramum conscripsisse, ac misisse ministerio ignoti alicujus hominis vel angeli, idque volente ac jubente Deo; quo major terror impio regi injiceretur.*

Caus-

**C**aussa, cur hi in hanc ingressi sunt sententiam, eamque variis ambagibus propugnant, hæc est, ut vel hoc exemplo, sanctos specialia & singularia, quæ in terris geruntur, in cælis cognoscere, evincant, eorumque invocationem hoc modo stabiliant. Quam longe autem opinio hæc a veritate remota, quamve insulsa sit, neminem fugere persuasus sum. Quæ enim urget necessitas, ut in hoc miraculo sine exemplo effugium quæramus? & quæ, quæso, rationes persuadent nobis, in cælo epistolam hanc scriptam, & inde in terram ablegatam esse? Ad cælites etenim non pertinere novimus, homines in terra informare, ut ad meliorem redeant frugem, vitiæque virtutibus emendent. Ἐπιστολὴ Μωσῆα κατὰ τὸ πρῶτον, ἀνεστῆσαν αὐτῶν, exstat Luc. XVI. v.

29. *Nec ulla ratione credibile est, Deum in gratiam impij regis ejusmodi quid fecisse, cujus nullum alias exemplum exstat, immo, quod neque necessarium erat, cum plures alia essent rationes, quibus Deus ei voluntatem suam manifestare poterat, dicit Celeberr. Buddeus, (h). Eandem cum illis tibiam inflare constat Grotium, qui autumat epistolam hanc ab Elia exaratam, humanis rebus jam erepto. Et pro confirmatione hujus suæ hypotheseos instituit comparationem, adducendo locum istum 2 Macc. XV. qui agit de somnio Judæ Maccabæi divinitus immisso, in quo Onias sacerdos & Jeremias propheta pro populo orantes, ipsi apparuisse feruntur: visumque est Grotio, hæc duo non magis quam ovum ab ovo differre. Quam vero inepte hæc duæ diversissimæ res ab ipso conferantur,*

*qui.*



quolibet iudicio sano haurire poterit. Quanta quippe non intercedit differentia inter somnium et veram historiam? & quis locus comparationis inter librum apocryphum & scripturam canonicam? Supra hæc aliud est pro populo Dei in cælis generatim interpellare; aliud vero litteras ad aliquem e cælis in terras ablegare. Ut illud probare nostrum jam non est: ita hujus infulsitas cum omnibus in propatulo sit, merito rejicitur a nobis proteribiturque.

(a) *Comment. in S. Sacram, Tom. 3. pag. 196.* (b) *Hist. Eccl. V. T. Per. 4. a Sect. 4. p. m. 522.*

### §. VII.

COMMUNIS est sententia *Aug. Pfeifferi*, (a) *Hackspanii*, (b) *Menochii*, *Helvici*, aliorumque, ante

ante Eliæ *ἔγραψε* hanc epistolam spiritu prophetico ab ipso scriptam, cum Josaphatus nondum vita functus esset. Quippe quum Elias jam tum percepisset, quibus animi vitiis Joramus, etsi ea coram patre dissimularet, imbutus, & qualis idem & status regni sub ipso futurus esset: scriptum hoc in increpationem ejus exaratum reliquisse dicunt, idque alii commisisse, ut Joramus, suum post discessum, opportuno redderetur tempore. Maximam veritatis speciem hæc sententia præ se fert, minimeque est respuenda: præsertim cum alia, quæ huic dissimilia non sint, exempla ex Scriptura proferant. Sic Esaias cap. XLIV. v. 28. & cap XLV. v. 8. de futuro Cyri regno scriptum reliquit. Ita idem cap. XL. consignasse putatur epistolam quasi  
 conso.

consolatoriam, qua se, suo olim tempore, in captivitate consolarentur. Ne nunc alia exempla cumulem. Verum si dicendum quod res est, hæc non aliter se habent, quam reliqua vaticinia scripto consignata, neque forma sunt concepta epistolari, siue ad singulos siue plures directæ, & res quidem quasi jam commissas, mores eorum & facta complexa, suo tempore ad eosdem perferenda. Ad hæc caput Esa. XL. neque epistolæ faciem præ se fert, neque in Judæorum tantum solatium conscriptum videtur. Dum itaque similia desiderantur exempla, ad lensum nostrum tantisper cohibemus.

(a) *In Opere Philol. Tom. I. p. m. 250.* (b) *In Not. Bibl. P. I. pag. 769, seq.*

**A**D locum autem, de quo in  
 dissertatione hac egimus,  
 rite explicandum, optime id qua-  
 drare videtur, si cum D. *Buddeo*,  
 (a) & *J. Jac. Rambachio* (b) statu-  
 amus: Eliam cuidam propheta-  
 rum, probabiliter *Elisæ*, ante ad-  
 scensum suum viva voce vaticini-  
 um hoc aperuisse, ipsique im-  
 perasse, ut quæ Deus hac de re  
 revelasset, in litteras relata suo  
 tempore regi impio *Joram* ex-  
 hiberet, ut qui mortales nauci-  
 faceret, saltem Deum reuerere-  
 tur, qui curaret, ut rapto in  
 cœlum etiam *Elia*, epistola ejus  
 nomine signata hortari inique a-  
 gentem non desisteret. Eadem  
 sentit *Kimchius* (c), plurimis suæ  
 gentis heic sanior. *Accidit hoc,*  
*inquit, postquam ascendit Elia.*  
*Nam rem hanc ei reuelatam per spi-*  
*ritum*

ritum prophetie, cuidam Prophetarum  
 aperuerat, ejusque ori indiderat ver-  
 ba scripti hujus, cum mandato, ut  
 ea scripto consignaret, idque perfer-  
 ret ad foramum, dicens, bocce scri-  
 ptum ei mittere Eliam. Nec enim  
 insolens erat, ut prophetis ali-  
 quid aut injungeret, aut reve-  
 laret Deus, quod post illorum  
 mortem demum ab aliis execu-  
 tioni mandandum erat, siue ope-  
 re siue scripto, conf. 1. Reg. XIII,  
 v. 2. it. 1. Reg. XIX. v. 15. 16. coll.  
 2. Reg. VIII. 7. 13 cap. IX v. 1.  
 sequent. it. Epist. Jud. v. 14. 15.  
 ubi quod alius postea exsequutus  
 est, licet divinitus de veritate  
 traditionis confirmatus; nihilo-  
 minus priori ministro aliquando  
 vindicatur. Et in hanc senten-  
 tiam eo tutius ingredimur, quo  
 insignius exemplum ejusmodi  
 exstat Matth. XXVII. v. 9. 10.  
 ubi indicatur eventus vaticinii a  
 pro-

propheta Jeremia pronuntiati, quod tamen nusquam apud Jeremiam, sed Zach. cap. XI. v. 12. 13. legitur. In loco hoc vexatissimo plurimi sudarunt, quomodo Matthæus cum Jeremia in gratiam sit reducendus, neque pauci desperatam ei medelam attulerunt, plane σφάλμα μνημονικόν Matthæo adfingentes: quod absit. Fallimur, annon hæc expeditissima conciliandi ratio est, si meminerimus, vaticinium isthoc Jeremiæ primum fuisse reuelatum; sed ad ipso, siue completo jam prophetiarum volumine, siue alia de causa, litteris non mandatum, verum vocali traditione propagatum ad Zachariam peruenisse, qui illud, nova de eodem confirmatione diuinitus munitus, monumentis vaticiniorum suorum inseruit. Gradum jam sisto,  
 Can-

Candidi Lectoris benevolentia  
tretus, ut hæc quæ allata a no-  
bis sunt, in meliorem interpre-  
tetur partem.

כבוד ליהוה לעולם

(a) *Hist. Eccles. V. T. Per. 4. Sect. 4. pag. m. 522.* (b) *In uberioribus sitis annotat. ad 2. lib. Chron. p. 809.* (c) *Commentar. in hunc locum.*



Den Ehrenbesten und Hochwolge-  
gelahrten Herrn Candidat,  
JACOB GARWOLIUS,  
Ode.

Nun muß ich gewiß mich zwingen  
Auf zu singen  
Eine kurze Dichterspiel/  
Muß in eil zu reimen weßen  
Und ansehen  
Diesen schwachen Federkiel.

Wan mein Freund bald komt zu  
sitzen  
Auf die spitzen  
Des berühmten Helicon,  
Wohin ihn den weg bereitet  
Sanfte leitet  
Diese Dilputation.

Von dem WITZE des Eliæ  
Schau/ sehe/  
Ob ich nicht wahrsagen kan  
Eh der Herbst wird sein in volle  
Wird Apollo  
Frölich krönen dieser Man.

Krd=



Krönen/ BÜRGE und Siegel  
geben/  
Noch daneben  
Er Magister heißen soll,  
Weil Er seinem lauf vollführet/  
Ist gezieret  
Ist gelahrt/ von tugend voll.

Weil Er Denen Pierinnen  
Seine Sinnen  
Von Kind auf gewiedmet frei,  
Sey'n wir ihn das mahl be-  
trachten/  
Eh' wir dachten  
Das es halb gelauffen sei.

Gott/ ich wünsche/ mag ihm ge-  
ben  
Langes leben/  
Ohne alle leid und plag/  
Und was Er sonst gutes denket  
Mag ihm schenken  
Der da alles wol vermag!

C. F. Mennander.

Ἐνδοξότατο Κυρ. Ἰακωβὸν Γαργολίω,  
παιδὸς ἐπιστολῆς Ἡλίου τοῦ νεανίσκου  
πεταυδουμένως διαλεγομένου.

Οὐκ ἐπιεικὲς ἐστὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθελῶ  
καθέστηκεν, ἵνα οἱ ἐπιδόξως τοῦ κοινὸν  
αὐξάνειν θελοῦντες, καὶ λειψουργίας ζηκόν-  
τες, διδῶσι πῶρον τῆς ἑαυτῶν ἀγχινορίας καὶ  
εὐφύιας, καὶ ἐπίδοξον ποιῶσι τῆς σοφί-  
ας, ὥστε αὐτῆς ἐλευθερῶν βραβεῖα ποιῶ-  
νται, ἀξιοὶ ὧν ἦσαν. Τοσαῦτα καὶ ἡ-  
λικαῦτα δείγματα ἐξήνεγκας κρατίστης  
σε παιδείας, ἀντιμεγέ διαλέξεως τῆςδε  
Ἐνδοξότατης, καὶ ἕως ἐν ταῖς ἀσκήσεσιν  
Ἀκαδημαῖς ἐσπῆδασας, οἱ ἀξιόν ἐστιν,  
καὶ μόνον ἀπὸ πάντων δόξασαι μεγάλην σέ λα-  
βεῖν, ἀλλὰ καὶ γέρας μέγιστον. ἄλλα αὐτί-  
κα ἀποδέξῃ. Διὰ τοῦτο σπερδὴν σε αἰνέω,  
καὶ συγχαίρω σοι λίαν· μαάλιστα δὲ σπη-  
δοῦμαι σοι τῆς εὐτυχίας σε, ἐφ' ἧς οἱ  
Ἰεννήσαντες σε ἐν βραχεῖ δύνασται χαι-  
ρειν, καὶ οἱ φίλοι ἠδῶσθαι.

Συγχαίρων· δι' ὀλίγων  
ἕως ἔγραψα  
Joh. C. Hacks.  
D. F.

Yrivaraisen mielen

Sunnia Suvuisen ja corkiafi hywin  
Oppinen Philosophiæ Candidatin  
Hr. JACOB GARWOLIUXEN,  
Ylistettävän opin, ja nykyisen caus  
nin työn ylise, onnen toivotuksen cans  
sa, näin ulossano.

Utuaa aie' oli se cuin HerrGarvvo-  
lius arvais,  
Onnen tanderen pääl ei muus cuin  
wisauu wallas  
Seisowan, eik' olewan muit' teit tuoon'  
taiwahan teldaan,  
Pais tietoin taito, pais palawa lira  
jaen sauna;  
Nyt ei lehuja sill, eik', ehl' cuing' so-  
piwi fanoi,  
Eawita täs, tai työ toi kyllä an-  
garall arwoll  
Andane julki ja silmien all, ettei  
tai Herr ole wiettän  
Nicoja tyhmisä töis, waan walwonut  
maatesa muiden,  
Ustelet myös astun pääl ainakin ain  
ikä aicans  
Gaanut toet tosiain nijs ihanis Pal-  
ladin plaseis  
Uruus

Urwuns cautt' tietojn juur caunin eun-  
nian caikild  
Eijs en taida mä muut, ena ennätä  
estehen ehdold  
Quin saatan welwoll suomat mun sie-  
luni wälkäll,  
Gans toimen totifest ett Teill caid'  
Ländyijit onnex.

Mich; Wanonius.

*Satag. Fenno.*

